SAN GEMINI HISTORIC ARCHIVES PROJECT
Realizzato e sponsorizzato dal San Gemini Preservation Studies
e l'Associazione Valorizzazione Patrimonio Storico San Gemini Onlus
www.sangeministudies.org

ARCHIVIO STORICO COMUNE DI SAN GEMINI
Progetto di Digitalizzazione
Tutti i documenti originali e copie digitali fanno parte
dell' Archivio Storico Comune di San Gemini

Priores Terre s.
Geminj

Eruditio viro, et humanarum litterarum professori Guildo Martono. Superioribus diebus cum in nostro pub. consilio de electione novi preceptoris ageretur, qui filios nostros bonarum litterarum scientia imbueret, atque honestis moribus instrueret, inter plures, qui nobis commendabantur, te solum hoc munere placuit decorare, cum à D. Theophilo filio, et concive nostro fueris plurimum laudatus. Quare nos nostra precipua auctoritate, unà cum quibusdam alijs optimis viris, quibus in hac parte à nostro generali consilio eadem impertita est, te eundem Guillum Martonum preceptorem pub. filiorum nostrorum eligimus, et deputamus, ad beneplacitum nostre Comunitatis, cum mercede, ut salario quinquaginta scutatorum ad rationem centum baiocchorum pro quolibet scutato, tibi à nostro questore, sive alijs, ut nobis videbitur, de terzaria in terzariam pro rata parte persolvendorum, et cum honoribus, et oneribus solitis, et consuetis, et cum capitulis in nostro archivio registratis, nec non cum onere exercendi officium cancellarie. Hortamur igitur te ut propositis conditionibus circumspectis, electionem hanc libenter accipias, sive (quod absit) de renuntiatione nos per presentem nostrum tabellarium certiores facias, cui des volumus unum scutatum pro nostro Canc.º pro sua mercede scripti, et registrati diplomatis, teque ad nos conferas ad cal. octob. atque in Dat. in die xv 7bris 1569

Scudi 50: di Salario al Maestro di Scuola

Loco ○ sigilli.

Ang. Philalethes Canc. m.to

Archivio Storico
Comune di San Gemini (TR)
Reg. C. 39, c. 174 r.

© Tutti i diritti d'autore al documento ed alla copia digitale appartengono all'Archivio Storico Comune di Stroncone,TR
© All copyrights to this document and to the digital copy belong to the Archivio Storico Comune di Stroncone, TR